

ta est gratia sicut mensuram donatōnis
xpi. Ex istis igitur verbis colligere pos-
sumus quod omnes fideles in quocumque
gradu existant. dummodo sint sine peccato
mortali et sint in statu gratie sunt mem-
bra xpi. ergo vni sunt cum illo. hxc tñ v-
nio diuersum vigorem habet sicut dispositio
nes singulorum. nam quanto quis sanctior
et perfectior est in vita. tanto feruētior
est in dei caritate. tanto vigorosius et
valētius cum deitate. quod qui adhaeret deo
est nonus spiritus per feruētū amorem. **U**n-
de diuersi gradus modo sunt premiū vi-
delicet incipientiū et perfectorum et vnus
quisque sicut suam capacitatem exerceat se
in illis gratia dei coopante. ut tam ex-
cellens bonū adipiscivaleat hoc est vni-
ri cum deo et inter membra xpi reputari. et
sic per explanatū de caritate xpi.

Filius.

Accepta informatōne de caritate
dei. nunc de dilectione proximi cu-
pio edoceri.

Ca. XV. Pater R

De dilectione pro-
ximi de qua queris. scire des
per primo quod diuersi sunt amores. Nam
sicut dictum berū. quinq; sunt gradus
amoris. Amoris pius quo parentes dili-
gimus. Iocundus quo socios diligi-
mus. Iustus quem erga omnes homines ha-
bemus. Violentus quem erga inimicos
gerimus. Sanctus siue devotus quem
erga deum habemus hxc berū. **P**rimo
igitur prout dicit beatus aug. diligendus est
deus. secundo parentes. deinde filij. postea
domestici. qui etiā si boni sunt. malis
filijs preponendi sunt. Inimicos autē
non sicut teipsum sed simpliciter. sufficit enim
quod odio non habes. hxc aug. **S**
Et notandū quod sicut beatus greg. vij. mo-
ra. duo sunt precepta caritatis videlicet amor
dei et proximi. et per amorem dei proximi a-

more gignit. et per amorem proximi amor
dei nutrit. nam qui amare deum negligit.
perfecto proximum diligere nescit. et tunc
plenius in dilectione proficimus si in eius-
dem dilectionis gremio prius proximi
caritate lactamur. quod enim amor dei. proxi-
mi amorem generat dicitur per legem
domini. Diliges proximum tuum. premisit. dili-
ges dominum deum tuum ut scilicet in interno pe-
ccatoris nostri prius amoris sui radicez
figeret. quatenus pramos postmodum di-
lectio superna germinaret. Et rursum quod
amor dei et proximi amor calefcit. testatur
iobānes qui increpat dicit. Qui non dili-
git fratrem suum quem videt. deum quem non vi-
det quomodo potest diligere. hxc gre. **U**bi notā
dū quod sicut dicit beatus berū. pure diligere pro-
ximum nemo potest qui in deo non diligit eum
Propter ergo deum diligi prius ut in deo
diligi possit et proximus. **S**ed namque ab
homine diligi proximus in deo in hunc finem
vixna cum primo habeat et possideatur
deus. sed paucorum est ista virtus. **U**n de be-
atus aug. Qui se propter deum hunc fidem dili-
gunt ipsi se diligunt. ergo se diligant
deum diligant. non est hxc dilectio in om-
nibus hominibus. pauci se propterea diligunt ut
sit deus omnia in omnibus. hxc aug. Ergo ut
dicit psalmista. Qui propter deum diligit proximum
sed deus eternus est. ita in eternum ipsa
amici dilectio permanebit. **Q**ui vero
amicum vel proximum propter modum quod
liber amat amat non amicum vel proximum
sed quincif amare modum. quod cum
esse desierit amare cessabit. hxc psalmista.
Debet ergo vnusquisque erga pro-
ximum suum habere dilectionem sanc-
tam. iustam et veram. De qua triplici di-
lectione thomas de aquino sic dicit. **T**ri-
plici modo diligendus est proximus
Primo quidem ex parte finis. scilicet aliquis
diligat proximum propter deum sicut et seipsum
propter deum debet diligere. ut sic fit di-
lectio proximi sancta. **S**ecundo ex parte dile-

etionis ne. s. aliquis descendat primo in aliquo malo sed in bono solum sicut et suuoluntati satisfacere debet homo solum in bono ut sic sit dilectio proximi iusta. Tercio ex parte rationis dilectionis ut. s. non diligat aliquis proximum propter propriam utilitatem vel delectationem sed ea ratione quod velit primo bonum sicut si bene sit dilectio proximi vera. nam cum aliquis diligit proximum propter suam utilitatem vel delectationem non vere diligit proximum suum sed seipsum. hxc thomas.

Notandum etiam quod debemus omnibus secundum dignitatem suam et statum suum dilectionem exhibere. ut testatur hugo in hxc verba secundum dignitatem namque alij superiores sunt nobis. alij equales. alij inferiores. superioribus obiam timorem obsequium et reuerentiam debemus exhibere. Cum equalibus pacem et concordiam custodire inimicis obsequio beneficio et honore prouenire in omni actione et verbo superioribus eis locum tribuere. et si quando fortassis in aliquo negotio eos preire cogamur cum omni humilitate et reuerentia que facienda sunt non precipere sed temeritate strare. et si eos precedere contigerit cum omni alacritate et deuotione quasi ex necessitate subiecti obedire. Inferioribus semper beneficium et auxilium impendere. nunquam improbare sine contumelia corripere. sine superbia gubernare. sine crudelitate castigare. cum pietate fouere. reuerentiam non erigere. societatem atque equalitatem amare. Maioribus pro timore subditi. equalibus pro caritatem obsequi. minoribus pro caritatem et humilitatem conuerti precipientibus parati. obedientibus modesti. maledicentibus taciti. laudantibus verecundi. hxc hugo. Debet etiam unusquisque diligens deum erga proximum suum exercere pietatem. quod ut dicit beatus ambrosius. Impossibile est caritatis christi in eo forte dulcedinem. qui non erga proxi-

imum suum exercuerit pietatem. nam secundum quod dicit beatus Beda. Hec est sola probatio integri amoris in deum si erga fratres studuerit quis curam sollicite exercere laboris. nam quicumque fratri pietatis opus quod valet impendere negligit. minus in se se dicitorem diligere ostendit. cuius mandata in sustinenda proximi necessitate premit. hxc beatus Beda. Non solum autem debet unusquisque opus pietatis in necessitate primo impendere sed etiam illius bonum. siue temporale siue spirituale sit. in omnibus promouere ac diligere. quod qui bonum quod in se non habet in altero diligit de non suo suum facit. de hoc dicit beatus augustinus. Quicquid boni in proximis video. si illud diligo meum facio. Vis ergo mercedem habere de alieno bono. gaude de alieno. pensent igitur inuidi quantum bonum est caritas. que sine labore nostro aliena bona nostra facit. hxc augustinus. Dilectio reuera dei et proximi propria et specialis virtus bonorum animi secundum augustinum. Diligere ergo debet primo quilibet super omnia deum. inde proximum sicut seipsum et hoc in deo. inimicum vero propter deum secundum hoc christus in euangelio prout dicit que dicitur gloria. Ad cuiuslibet dilectionem proximum ponit dicens. diliges inquit deum deum tuum ex toto corde et ex tota mente et proximum sicut teipsum. **I**nimicos tuos non ex tota virtute tua. non sicut teipsum sed simpliciter diliges. sufficit enim quod diligimus et non odio habemus. hxc gloria. Cuius singula ponit beatus ieronimus. super cantum. ibidem subiungendo. Rursum inquit dilige inimicos vestros et non apposuit ex toto corde. Non est inordinatus sermo diuinus nec impossibilia precipit nec dicit. Diligite inimicos vestros sicut vos ipsos. sed tamen diligite inimicos vestros. sufficit enim quod diligimus et non odio habemus. proximum sicut ut teipsum. hxc ieronimus. Quod autem beatus

auguf. in quodam loco ait. **I**nimicos nostros toto corde. ⁊ corporalibus viribus diligamus videtur esse perfectionis. ad quam tamen non astringimur ex precepto. **E**tiam de dilectione primi ⁊ inimicorum glo. nicolai super illo verbo Diligite inimicos vestros sic ait. **D**is homo ex caritate diligendus est in quantum ad dei ymaginem factus est. ⁊ capax ipse per cognitionem ⁊ amorem. amicitia enim caritatis fundatur super conuersionem super beatitudinis ⁊ ideo omnis intellectualis creatura que in actu vel in potentia est beata ex caritate est diligenda. mali autem homines quodammodo sunt in potentia conueniendi ad beatitudinem. ⁊ ideo licet eorum malicia sit odienda. ipsa tamen natura possibilis beatificari est diligenda. **H**oc est quod saluator dicit. diligite inimicos vestros bona. scilicet gratie ⁊ glorie eis optando. alia non sunt eis optanda nisi in quadam generalitate. in quantum valent ad eorum salutem. quod soli deo est notum. quia omnibus alijs pro homo bene vel malevoli ⁊ ideo circa hoc non est aliquid determinatum perendum. **S**equitur. benefacite. **B**enefacere est affectus dilectionis ⁊ ideo sicut tenemur diligere inimicos quantum ad bona gratie ⁊ glorie. ita tenemur in affectu salutem eorum modo debito ⁊ possibili procurare. **E**t orate pro persequentibus vos. optando. scilicet bona gratie ⁊ glorie. **A**lia autem bona in speciali. sed superrogationis. **A**d predicta facienda etiam inimicis hortamur exemplo dei qui solet suum facit oriri super bonos ⁊ malos. hec nicolaus de lyra. **A**
Et notandum quod dilectio primi ⁊ maxime inimicorum demonstrat hominem esse discipulum christi. videlicet si diligat amicos in deo ⁊ inimicos propter deum. **D**ilectio autem inimici in nobis nunc veraciter custodit si de profectu illius addicimur. nec de ruina ipsius letamur. **D**e hac di-

lectione ⁊ quo debeat inimicus diligere. beatus gregorius xxij. mox. sic dicit. **D**ilectio dei nos esse discipulos sola custodia caritatis probat. que nimis caritas siue dilectio si cor nostrum veraciter replet duobus modis ostendi solet. scilicet si amicos in deo ⁊ inimicos propter deum diligamus.

Sed sciendum quod inimici dilectio tunc veraciter custodit cum nec de profectu illius addicimur. nec de ruina illius letamur. nam sepe in dilectionis ymagine erga inimicum animus fallit. seque hunc diligere estimat si eius vitium prorsus non existat. sed dilectionis vim occulte ⁊ veraciter aut profectus inimici aut casus interrogat. neque enim ad plenum semetipsum mens hominis scit nisi eum quem sibi aduersarium credidit in defectu vel profectu muta se modum sui status inuenerit. **S**i enim de prosperitate addicit ⁊ de claritate se odientis letatur. quod non amat quem non vult esse meliorem eumque etiam stantem vobis persequitur quem cecidisse gratulatur. **S**ed inter hec sciendum est. quod euenire plerumque solet ut non amissa caritate etiam inimici nos ruina letificet. ⁊ rursum eius gloria sine inuidie culpa tristat. cum ⁊ ruente eo quosdam bene erigi credimus ⁊ proficiente illo plerumque iniuste opprimi formidamus. qua in re mentem nostram nec eius iam defectus erigit. nec eius proficit si recta nostra cogitatio non quid in ipso de ipso circa alios agat attendit. **S**ed ad hec seruanda valde necessarium est subtilissime discretiois examinem. ne cum nostra odia exequimur fallamur sub specie utilitatis que in re discernendum est esse aliud quod nobis. aliud vero quod sibi ⁊ ceteris. **N**oster inimicus nocet. nam si aliquis bonus est sine nostra forsitan culpa esse non potest nobis malus. nec omnino de eius ruina gaudendum est. cuius nos solos certum est aduersa tolerasse. nam vero cum non aut

multorum hostis pimis de ereptione pri-
 morum potius quam de inimici interitu. ne-
 cesse est ut amemus letet. Oportet namque
 ut penite aduersario subtiliter pense-
 mus. quid debeamus ruine peccatoris. et
 quid iusticie ferientis. nam cum puer sum
 quem omnipotens deus percutit et adolen-
 dum est miserie peccatis et gaudendum
 est iusticie iudicis ut nobis et in luctu
 fit pena morientis proximi et rursum in
 gaudium veniat exhibita equitas iudicia-
 tis dei quatenus nec peccanti homini exis-
 mus aduersarij. nec iudicanti deo inue-
 niam ingrati. Sunt etiam nonnulli qui eos
 quos sibi aduersarios estimant. male-
 dictione feriunt. quoniam brute nequaquam possunt
 in quibus patenter apparet. que mala si
 possent facerent. qui ea que facere ne-
 queunt imprecari minime desistunt. morte
 namque aduersario exoptant. quam et si possunt
 inferre metunt. ne aut peccari homi-
 cidij rei teneantur aut iniqui appareant
 etiam cum sint. Quid est ergo dicere deo occi-
 de quem odi nisi ei apertis verbis reclama-
 re hoc fac meo aduersario. quod me in il-
 lum facere nec peccatorem decet. hec gre-
 gorius. Qui idcirco voluerit dominum vestigia sequi
 debet inimicos suos diligere et per ipsos
 orare sicut ipse in cruce oravit. nam in ta-
 li dilectione consistit perfectio. Unde dicit beatus
 augustinus. Si dixeris orare pro inimico
 ambulas in via domini. perfectio dile-
 ctionis est inimicos diligere ut sint fra-
 tres. sicut diligere inimicos ut in soci-
 etate dominum vocent. Magnificentie etiam
 bonitatis est ut tuum inimicum diligas
 et ei qui tibi malum vult et si facere non potest
 semper bonum verbum prebeas atque facias
 cum possis. hec augustinus. Nihil etiam dicit crisostomus.
 est quod ita similem faciat deo sicut mali-
 gnis atque ledentibus esse placabilem. hec
 crisostomus. Ergo dicit augustinus. Ego ad dilectionem
 inimicorum commoueo vos. quia ad sananda
 vulnera peccatorum nullum medicamentum

esse melius cognosco. hec augustinus. Nam
 unusquisque tale indulgentiam accipiet
 a deo quale ipse primo dederit. Unde
 quicumque non dimittit primo iniuriam.
 cum orat orationem dominicam non solum non
 exaudit sed etiam maledictioem incurrit.
 Unde etiam anastasia. Si non dimittis iniu-
 riam que tibi facta est non facis pro te
 orationem. sed maledictionem incurris.
C Et considerandum quod inimicum dilige-
 re expressius signum est caritatis. quia contra
 motum nature est. nam secundum beatum greg-
 orium una et summa est prebatio dilectionis
 si et ipse diligat qui et aduersarij. Unde dif-
 ficile est inimicum diligere nisi assistat gratia
 per quam vincat natura. Oportet ergo ut am-
 mus coopante gratia odium inimicorum re-
 primat. et in dilectionem conuertat. si per-
 fectionem hominibus virtutis consequi desiderat
 quia omnia que ad perfectionem pertinent ma-
 gis sunt difficultia. De hoc quedam glo-
 sic dicit. Nulli mirum debet videri quod in-
 temur diligere inimicos quia christus non
 precipit impossibilia aut inconuenien-
 tia sed perfecta. Perfecta autem sunt omnia
 difficultia. Unde sic completus modus per-
 fecte caritatis est qui preualet maximo
 amori humano et carnali abstinendo
 a summo delectabili sicut est castitas in
 virginibus. que est perfecta puritas et mu-
 dicia prima deo. ita etiam completus mo-
 dus perfecte caritatis est que preualet ma-
 ximo tristabili tolerando illud vel in
 corpore et corporis dolore ut martirijs vel
 in spiritu et cum dolore deponendo et repri-
 mendo odium inimicorum in dilectionem
 conuersum. hec glossa. **D** Sciendum
 etiam de zelo qui habendus est erga pri-
 mos qui maxime pertinet ad prelatos.
 De hoc super illo verbo. Irascimini et no-
 lite peccare quidam expositores sic dicit
 Noueri potest questio de ira zeli verum
 meritoria censetur. videtur quod non sit bo-
 na nec meritoria. quia mentem turbat

oculum rationis obumbrat. prepla
 tionē dissipat. que fm beatum aug. mē
 te tranquilla oprime exercef. Hoc est
 tra beatum grego. qui dr. Si ira zeli
 ex virtute non surgeret. dīne animad/
 uersionis impetū phinees nō placassz
 E Ad qđ sciendū fm beatū greg.
 qđ alia ira est quam imparīa excitat. a
 lia est quam zelus format. illa ex vitio
 ista ex virtute generat. Ad hanc questi
 onem dicere possumus. qđ ira zeli bōa
 et meritoria experientia et scīa sancto
 rum inuenit. Si em̄. primos vt nos di
 ligere precipimur. restat vt reatibz eo
 rum vt nostris irāscamur. Et scīpius
 p̄tera dauid ait. zelus domus tue cō/
 edit me. qđ aut beatus Aug. et alij docto
 res dicunt qđ ira per zelū mentem tur
 bat. prepla: oem dissipat. oculū rari
 onis obūbrat. Ad hoc respondet qđ ira
 per viriū oculum rōnis non solū impe
 dit sed quasi extinguit. Ira aut per ze
 lum et si ad breuē punctum oculum ra
 tionis turbat. tñ non nocet sed magis
 interiorē visus clarificat. Et etiā ad ex
 pressiorē intelligentiam eoz que dcā
 sunt notandū qđ est quidam zelus qui
 est fm sciētiā. Sunt enim aliqui ho
 mines hñtes zelum sed non fm scien
 tiā vt ait apls. et ira huius zeli qui ē
 fm scīam formata caritate tota dircā
 intentōe in bonū finem p̄stat qđ mere/
 tur. nam caritas non agit perperā et a/
 ctio ex intentōe finis boni iudicat bo/
 na. Et ideo licet ira zeli interdum mi
 nus ordinaram passionē habere vide/
 atur. hoc est p̄pter p̄nexionem rōnis et
 potentiaz siue virium que sunt in sen/
 sualitate. qui suis motibz interdū rō/
 nem turbant. Nam hoc est p̄ditio vie.
 qđ etiam homines existentes in carita
 te agentes bona intentōe. quapropter
 corpus corumpit interdum turbatio
 nibz grauantur. hoc ille. Deler ergo v

nusquisq; se exercere in dilectōe dei et
 primi. Diligendus namq; est deus a
 nobis idcirco qđ ipse est bonū nostrū.
 ac etiam p̄pter bonum hoc vt ad ipsū
 veniamus et in ipso eternaliter gaude
 amus. Diligendus vero est primus
 vt illius requiei et gaudij possit esse p̄
 riceps nobiscum. De hac etiam gemi
 na caritate seu dilectione hugo de scō
 victore sic dr. Geminā nobis scriptu
 ra sacra caritatem p̄mendat. deo vide/
 licet et primi. Caritatem dei vt sic ip/
 sum diligamus et in ipso gaudeamus
 Caritatem primi vt sic ipsum diliga/
 mus vt non in ipso. sed cū ipso in deo
 gaudeamus. hoc est vt deū diligamus
 p̄pter seipsum. primū aut p̄pter deū.
 deus aut idcirco p̄pter seipm diligen
 dus est. qđ est bonum nostrū. primus
 aut ideo p̄pter deū diligendus. qđ cum
 ipso in deo est bonum nostrū. Illum di
 ligimus vt ad ipm veniamus et in ipso
 gaudeamus. Istum diligimus vt cū
 ipso curramus vt cū ipso pueniamus
 Illum vt gaudiū. istum vt gaudij soci
 um. illum vt requiem. istum vt requiei
 p̄sortem. Quid est deum diligere. nisi
 illum velle habere. quod est deum dili
 gere p̄pter seipsum. ideo dilige vt ha
 beas ipsum. Quid est primū diligere
 p̄pter deum est diligere. qđ habet deum
 Sic diligimus hominem p̄pter iusticiam
 id est qđ habet iusticiam. sic diligimus
 hominem p̄pter deum. i. qđ habet deū.
 vel si forte nondū habet. qđ habiturus
 est eum. vel vt habeat eum. Sic itaq;
 p̄pter deum hominem diligimus quē
 vtiq; p̄pter deum non diligeremus. si
 deum non diligeremus. Unde dilige
 dus est primus in deo. quia habet deū
 non in diuitijs suis. non in fortitudi
 ne sua. sed in iusticia sua. in sanctitate
 sua. et in bonitate sua. et quādo in istis
 diligit in deo diligit. hoc hugo. f
 Q. q.

De hac etiā duplici caritate dei et primi. beatus gre. x. moral. exponens illud verbū. Et quod multiplex sit lex eius sic ait. quod hoc loco dei lex nisi caritas accipi dicitur. per quam semper in mente leguntur precepta vite. qualiter in actione teneantur. De hac etiā legeritatis voce dicitur hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. De hac paulus ait. Plenitudo legis est caritas. Item dicitur Inuicem onera vestra portantes et sic adimplebis legem christi. Lex enim christi quid congruentius intelligi quam caritas potest. Quam tunc vere perficimus cum fraterna onera ex caritate toleramus. Sed hec eadem lex multiplex dicitur. quia studiosa solitudine caritatis ad cuncta virtutum facta dilatare. que a duobus quidem preceptis incipit. sed se ad innumera extendit. huius namque legis initium dilectio dei est et dilectio proximi. **S**ed dei dilectio per tria distinguitur. quia ex toto corde ex tota anima et tota fortitudine diligere conditor precipit. Quia in te notandum. quod diuinus sermo cum deum diligere precipit non solum narrat ex quo sed etiam informat ex quanto. cum subiungit ex toto. scilicet qui perfecte deo placere desiderat sibi de se nihil relinquat. **P**roximi autem dilectio in duo precepta diuisa dicitur cum et per quemdam iustum dicitur. Quod ab alio odio tibi fieri vide. ne tu alteri facias. Et per semetipsum veritas dicitur. Que vultis ut faciant vobis homines ita et vos facite illis. Quibus duobus veteri usque. scilicet testamenti mandatis. per unum malitia presciscit. per aliud benignitas preterrogat. ut quod non vult malum pati quisque non faciens. cessera nocendione pere. Et rursum bonum quod sibi fieri appetit impendens erga utilitatem se proximi exerceat ex benignitate. Sed hec nimirum duo sollicita intentione cogitantur. cor ad innumeram virtutum mi-

misteria extenditur. ne vel ab inferenda que non debet desiderari inquieta mens ferueat. vel erga exhibenda que debet ocio resoluta torpescat. nam cum cauet alteri facere que nequa quam vult ab altero ipsa tolerare sollicita se intentione circumspectat. ne supbia euellet. et usque ad respectum proximi animum desiciens exaltet. ne ambitio cogitationem lamiet. cumque hanc ad appetenda aliena dilatat. angustet ne cor luxuria polluat. et subiectum desiderari per illicita corrumpat. ne ira exasperet. et usque ad preferendam contumeliam inflammet. ne inuidia mordeat et alienis felicitatibus emulata sua se face presumat. ne immoderate linguam loquacitas preterbat. eamque usque ad lasciuia obtruncationis extendat. ne odia mala excitet et os usque ad iaculum maledictionis irriter. Rursum cum cogitet ut ea alteri faciat que ipsa sibi fieri ab altero expectat. Pensat nimirum ut malis bonorum meliora rependat. erga peccatores mansuetudinem longanimitatis exhibeat ut malicie peste languentibus gratiam benignitatis ostendat ut discordes in pace vincat ut indigentibus necessaria tribuat ut errantibus viam rectitudinis ostendat. ut afflictos verbo et passione mulceat. ut accensos in huius mundi desiderari increpatione stringat. ut minas potentium roinatione mitiget. ut oppressorum angustias contra preualet ope leuet. ut fortis resistentibus opponat patientiam ut intus supbientibus exhibeat animi patientia disciplinam ut gratia errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet quare iusticie studium non enervet. sic ad ultionem zelus ferueat. ne tamen pietatis limitem feruendo transcendat ut ingratos beneficiis ad amorem prouocet ut gratos quoque misteris in amore preseruet. **V** proximo mala cum corrigere non valet

taceat. ut quecumq; corrigi loquendo possunt silentium esse sensum ptime scar. ut sic ea q; tacet tolerat. ne tñ in animo virtus doloris occultet. ut sic malivolis manus benignitatis exhibeat. ne tñ per grām a iure rectitudis excedat. ut cuncta primis queq; impendat. s; hoc impendendo non timeat. ut sic in bonis que exhibet timoris precipituz paueat. nec tñ a boni exercicio torpescat. ut sic que possidet tribuat. qualis et quanta sit largitas remunerantis attendat. ne cum terrena largitū suā plus q; necesse est inopiā cogiter. et in oblatione muneris claritatis lumen tristitia obscuret. Bene ergo lex dei multiplex dicitur. q; nimirum cum vna eadēq; sit caritas. si mente plene ceperit hanc ad innumera opera multiformiter accendit. hęc greg. **N**otandū etiā q; circa dilectōem p̄ximī magna discretio est exhibenda. Nā nimis diligere malum est. minus etiā diligere malū est. In cūctis ergo virtutib; requiritur temperantia. **D**is enim dilectio que nocet vitanda est. q; qui aliquid supra deū diligunt deo non sunt digni. **U**n casto amore diligendī sunt p̄ximī. et hoc in deo. nā inordinatus amor et carnalis non est caritas sed stulticia. vera ergo caritas exigit ut deus super oīa diligamus et p̄ximos nostros sicut nos ipsos in dño. **D**e hoc beatus Hieronim. sic dicit. **S**unt q; plurimi q; diligunt sed male. Incautū eī diligunt aliquē q; dilectionem dei pdunt. qui eī aliquid supra deū diligunt. deo nō sunt digni. **I**n cūctis virtutib; requiritur temperantia. **H**uius sp̄culat medium. minus diligere bonū malum est. sed ut ius exigit diligere bonū est. **D**is dilectio que nocet vitanda est. p̄pter nimiam dilectōem aliqui in luxuriā ceciderūt. aliqui ad invidiam devenērūt. **H**oc quippe agit super

fluvius amor. ut quem diligit sp̄ videre velit. modū nescit. neq; aliud cogitare p̄t q; qd diligit. **I**mpossibile est bonem qui talem h; a morē deo posse accipere abiles orōnes facere. vel placere. **H**ic amor non est caritas sed stulticia. **D**ēs nostros debemus diligere fr̄es sicut nosmetipsos. ita tñ q; vitia nō diligant. p̄mire maluz caritas est. plus diligere meliorem iustū est. **V**era caritas est ut deū diligamus ex toto corde ex tota mente et ex totis viribus. et ita singulariter q; cū deo nihil aliud diligamus et p̄ximū nostrū sicut et nos ipsos. **Q**ui sine caritate est sine deo est. q; deus est caritas et caritas est deus. et q; manet in caritate in celo iā h̄itare cepit. **I**n celo oīm est vna caritas beatorū. **I**bi caritas vera est. ibi invidia nulla ē. ibi ambitio nulla cognoscit nec murmuratio. sed nec detractio nec irrisio. **H**oc scitote fr̄es q; si nō habetis caritatem sub dyabolica p̄tate estis. nec vltro vobiscū deus h̄itat et qui sine deo ē in inferno est. hęc ilxro. **D**e ista scā caritate bea. aug. in li. p̄fessi. sic dicit. **B**eatus qui amat te. et amicū in te. et p̄ximū p̄pter te. **S**olus enim nullū cap; amittit. deus cui in illo cari sunt qui non amittit. et quis est iste nisi deus noster. **D**eus qui fecit celum et terrā et implet ea. te nemo amittit nisi qui dimittit et qui dimittit quo it aut quo fugit. nisi a te placido ad te iratū. nam quo se vertit anima hōis ad dolores figit alibi. **P**terq; in te. et si figit in pulcris extra te et extra se. quetū nulla essent nisi eēt abste. **U**nde si placent corpa deum in illis lauda. et in artifices eorū retorque amorē. ne in his que tibi placēt tu displiceas. **S**i placent aīe in deo amantur. q; et ipse mutabiles sunt. et in illo fixe stabiliunt alioquin irent et p̄irent. **I**n illo ergo ament et raptē ad deū tecū.

quas potes et dic eis. hinc amemus ipse
 se fecit hoc et non est longe. non enim fecit et
 abiit. sed ex illo in illo sunt. Ecce ibi est ubi
 sapienter itas. intimus cordi est deus sed
 cor erravit ab eo. Redite prevaricatores
 ad cor et inhaeret illi qui fecit vos.
State cum eo et stabitis. requiescite in
 eo et quieti eritis. Quo itis in aspectu quo
 itis. Bonum quod amatis ab illo est. Sed
 quantum est ad illum bonum est et suavi. sed
 amoris erit iuste quod iniuste amat deser-
 to illo ergo cum adhaerero tibi deus ex omni
 parte mea nusquam erit mihi labor et dolor
 et vicia erit vita mea tota plena te. **N**unc
 autem quoniam quae impleretur subleuas eum. quoniam
 tui plenus sum. non oneri mihi sum.
Sed propter spes mea non nisi in magna
 valde misericordia tua est. da quod iubes. et iube
 quod vis. impans nobis continentiam. pro
 continentiam quippe colligimur et redi-
 gimus in unum. quo in multa defluxi-
 mus. minus enim te amat. quod non propter
 te amat. **A**mor qui semper ardet et
 nunquam extinguitur. **C**aritas deus meus
 accende me iubes certe ut propter nequa a con-
 cupiscentia carnis et cupidiscentia oculo-
 rum et ambitione seculi. da quod iubes. et
 iube quod vis. **H**ec aug. **D**ebet ergo quilibet
 fidelis et maxime religiosus se exerce-
 re in virtute hac nobilissima caritatis
 deum videlicet super omnia diligendo proximum
 vero in deo amando et sibi in aduersis
 tam spiritualibus quam corporalibus pati-
 endo. **I**n prosperis autem quibuscumque eidem proga-
 uendo. et in quantum facultas rerum super-
 rit subueniendo. **I**nimicum etiam propter
 deum diligendo et si ex affectu eundem pro
 amicum amare non potest quod est perfectionis
 debet ab odio illius propter quod offensus est
 se continere. et de gratia dei ac gloria et ceteris
 que ad salutem illius pertinent. siue
 sint spiritualia siue corporalia. propter aie eius
 expedit favere et non invidere. ut propter
 misericordia eterna caritatem habentibus propra

rata valeat assequi et eternaliter possi-
 dere. **S**i vero aliqui ita pauperes sunt
 quod non possunt aliquod beneficium cor-
 porale impendere. sicut religiosi vel ce-
 teri pauperes. quibus deest facultas re-
 rum temporalium hi tales debent habere con-
 passionem et bonam voluntatem erga proximos.
 illis si possent in necessitate subvenire
 quod deo nihil offerret dirius bona
 voluntate. sed bona voluntas nunquam ple-
 ne perficit. nisi huius mundi cupiditas
 perfecte deserat. **U**nde viri sancti ut
 proximos possint perfecte diligere studue-
 runt in hoc seculo nihil amare. **D**e ista
 bona voluntate et qualis esse debeat beatus
 gre. in quadam omelia. ostendit sic dicens
An te dei oculos nunquam est vacua manus
 a munere si archa cordis plena sit bona
 voluntate nil quippe offerret deo virtus
 bona voluntate. **V**oluntas autem bona
 est sic aduersa alterius sicut nostra
 pertimescere. sic de prosperitate proximi
 sicut de nostro profectu gaudere. et gau-
 leri. **A**liena damna nostra credere. **A**li-
 ena lucra nostra deprecari. amicum non
 propter mundum sed propter deum diligere.
Inimicum etiam amando tolerare nulli
 malum quod pati non vis facere. nulli quod tibi
 iniuste impendi desideras denegare. **N**e-
 cessitati proximi iuxta vires succurre-
 re. sed prodesse etiam ultra vires velle. **S**ed
 bona voluntatis sacrificium nunquam plene pro-
 soluit. nec mundi huius cupiditas pro-
 fecte deserit. nos quicquid in eo percipi-
 mus hoc proculdubio proximo inui-
 demus. **V**idet enim quod nobis desit. quod al-
 ter assequitur et quod semper inuidia a bona
 voluntate discordat. moritur hinc mentes
 cepit illa discedit. **U**n de sancti ut possent
 proximos perfecte diligere studue-
 runt in hoc seculo nihil amare. nihil unquam
 appetere. **H**ec gregorius. **E**t sic patet
 de dilectione proximi. **H**abemus
 itaque nunc de gemina dilectione dei vis

delicet et primi explanatum. et pertinet secundo loco ad perfectosque ut patuit superius status perfectorum consistit secundo loco in caritate dei et proximi dilectione.

Distinctio tertia terti libri.

Filius.

Distinquam in formatum sum de caritate dei et primi. ac alijs quibus pluribus que spectant secundo loco ad statum perfectorum. Nunc de tertia in quo consistit seu finali ter dependet status eorum de perfectorum cupio edoceri a te o pater.

Ca. I. Pater

Sire debes quod status perfectorum ut superius premissum est consistit tertia loco in dei contemplatione. in qua virtute quanto quisque est ferventior tanto est perfectior. Ad contemplationis vero dulcedinem qui pervenire desiderat. necesse est ut per gradus aliarum virtutum ascendere studeat ac perficere. ut tamen excellentem virtutem deum apprehendere valeat ac degustare. **O**portet namque ut homo per sacre scripture lectionem perfectam meditationem ac devotam orationem necnon bonorum operum exercitacionem ad contemplationis sublimitates ascendat ac perveniat. **D**e hoc hugo de sancto victore sic ait. Quatuor sunt in quibus nunc exerceat vita iustorum. et quasi per illos gradus ad futuram perfectionem subleventur. videlicet. lectio. meditatio. oratio et operatio. deinde sequitur contemplatio. **D**e his quinque gradibus primus. id est lectio incipientium est supremus id est contemplatio perfectorum est. et de medijs quanto plures quis ascenderit. tanto perfectior erit.

Verbi gratia. **P**rimo lectio intelligitur dat. secundo meditatio consilium prestat. tertia oratio petit. quarto operatio querit. quinto contemplatio invenit. **H**ec hugo. **B**eatus bernardus in libro de scala claustralium de hoc sic dicit. **H**ec est scala claustralium qua homines de terra in celum subleventur. scilicet lectio. meditatio et contemplatio. **B**eate vite dulcedinem lectio inquirat. meditatio invenit. oratio postulat. contemplatio degustat. **L**ectio quasi solidum cibum orationi apponit. meditatio masticat et frangit orationi saporem acquirit. contemplatio est ipsa dulcedo que iocundatur et reficit. **H**ec bernardus. **D**ebet ergo quilibet religiosus in studio et in lectione scripturę sacre se exercere. quod dilectio divina rum eloquiorum est dulcedo cordis et quodam spiritualis refectio anime. **A**d quod horatius beatus augustinus. sic dicit. **N**utri animam tuam lectionibus divinis. parabunt enim tibi mensam spiritalem. **D**electatio enim divinorum eloquiorum dulcedo est palato cordis. **I**n lectionibus cognoscimus quid agere debeamus. in oratione eadem recipimus que postulamus. **I**gitur in presentia vita nil puto iocundius pabulo scripturarum quo omnia mella superantur. **H**ec augustinus. **H**oc similiter testatur hugo de sancto victore. sic dicens. **N**ihil in hac vita dulcius sentit nihil avidius sumit. nihil ita mentem ab amore mundi separat. nihil sic animum contra temptationes roborat. nihil ita hominem exercitat et adiuvat ad omne opus et ad omnem laborem sicut studium sacre scripture. **H**ec hugo. **E**tiam beatus iheronimus. ad amorem sacre scripture monent cum dicit. **A**ma scientiam scripturarum et carnis vitia non amabis. **N**unquam de manu tua aut oculis tuis recedat liber. fac etiam semper aliquid ut dya-